



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

Opusculum V Magni Principis Monumentum, Principibus & Magnatibus
Speculum &c. Visitans speciem tuam non peccabis, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

OPVSCVLVM V.
 MAGNI PRINCIPIS
 MONVMENTVM,
 PRINCIPIBVS ET MAGNATIBVS
 SPECVLVM,
 MOBILIS ET OCCIDVÆ GLORIÆ
 Faciem exhibens.

ANIMI NOBILIS ET ÆTERNÆ MENTIS ACIEM EXACVENS,
 VT DESPICAT HÆC CADUCA, SUSPICIAT ÆTERNA.
 Job 5.

Vistans speciem tuam non peccabis.

ADMONITIO AD LECTOREM.



Ora, Benevole Lector, hoc Opusculum, quod Magni Principis Monumentum pio Titulo gerit, iam pridem editum fuisse à me, quasi sacrum Cenotaphium profunere Alexandri Arenbergici Principis S. R. I. & Cimacensis; ad sacros eius cineres & pios Manes honorandos. Quia autem multas continet sententias præclaras & elaboratas; quæ vsui esse possunt his qui diserunt in exequijs defunctorum: Idè post Opusculum nostrum quartum, continens Collationes & Lectiones breues in Funeribus proponi aptas, subiicimus & hoc Opusculum quintum, affine illi Opusculo quarto, ad eundem finem tendens, quamvis cultiori & elaborationi stylo, prout decuit tali occasione fieri, in honorem tanti Principis, cui ab adolescentia devinctus eram parillum in litteris societate studiorum. Vale, Lector, & pro me ac pro illo ora.

ILLVSTRISSIMI
 AC EXCELLENTISSIMI HEROIS

ALEXANDRI AB
 ARENBERGE

PRINCIPIS CIMACENSIS,
 Comitis Bellemontensis, Baronis Cominensis, &c. Equitis Aurei Velleris.

In ætatis & gloriæ flore decessit
 VOX ET MONVMENTVM, MORTALES
 cuiuscunque Gradus compellans.

Heroum fata, posterorum sunt Monumenta.

Si Monumentum à monendo dictum: mo-

nent illa mentem terrenæ originis, fati ineluctabilis, ævi brevis. Propius inspecta, depriment animos elatos, qui nimium secundis rebus læti, sui sunt immemores læti. Reperunt illis monimenta Prophetæ:

*Status tibi speculam, Pone amaritudines,
 Dirige cor tuum in viam rectam.*

Ierem. 31.

Quid Vita præsens? Specula, in qua soletter excubandum. Quid mors imminens? Speculum miserandæ Mortalium fortis, oculatè contemplandum. Vitam nostram suavem modò & iucundam; Mortis amaritudines pone sequuntur. Illas ante oculos pone, quicunque sapias, quicunque habes oculos. Statue Te ante Te, vt videas Te. Vide quis modò sis, quis mox futurus. Ex vitæ præsentis specula mortis imminuentis speculum contuere. Sic fiet, vt diriges cor tuum in viam rectam, ad metam tendens immortalitatis per tramitem mortis, Vita nimium dulcis est amor, nimiumque fallax: ipsi Mortis amator est miscendus. Ille cor seducit, ille in viam rectam ducit. Ille cæcutescentes reddit oculos, ille perspicaces. Ille non meminit nisi currentis Temporis, ille monitum dat Æternitatis. Collyrio igitur mortis, felle mixto, inungendi sunt oculi cordis, vt clarius præsentia cernant, certius futura decernant: *Fel valeat ad vngendos oculos, in quibus fuerit albugo, & sanabuntur.* Tob. 5. *ò Mortales! Aperite, ò Nobiles, in finem amato Alexandri Arenbergici, Principis Optimi, cuius laudem & famam spargit Orbis, dum cineres & ossa claudit vna, Eheu! denatus est Heros inclytus, in æui sui flore & robore! Illius acerba & ita fata meritò vos ad plañctum vocant, lachrymasque crient. Illius monumentum rememorat lugubres illas apud Prophetam voces Heu frater! Heu Domine!* Ierem. 32. *Heu inclyte! Illius vita celeri gressu transijt, quasi spiritus vadens & non rediens: sed ex imo cuius,*



cumque cordis, non vacor dis, hoc transeundo elici-
git gemitus?

Quam cito cum sanctorum verum datur orbis in Orbe:
In vita ad mortem quam cito vita fugat.

At ecce dum rei huius mentem subit cogitatio,
dumque mori animus indulgens. Patriæ Parenti
syrma funereum, & lugubrem parat lessum, vocem
audio auribus meis sese infinuante. Quamnam
vox ista? Vox dicentis, Clama. Et dixi Quid clama-
bo? Atque, hoc clama:

Isai. 40.

Omnia caro fenum,
Omnia gloria eius flos agri.
Exsiccatum est fenum,
Et cecidit flos.

Agnosco vocem tuam, ô Princeps! Vox pij genij
tui est, ô *Alexander*! Vox pia morientis, vox post-
huma mortui est. Sic agnovisti in vita, sic famili-
res allocutus es in morte. Erat hæc vox tua in ex-
tremitate ætutudinis, quæ vox expirantis oloris.
Hos miscebas sermones cum illustri Heroïna
Marchionissa de Bergue, dum cum morbo gravissi-
mè Te constabantem officiosè inviseret. His eam
excitulas ad despicendam tecum umbram Occi-
dentes sæculi dum adpiceres appropinquante
lucem Orientis æterni. Nonne his adhuc alloque-
ris modò Mortales? Alloqueris. Sed clariori nunc
agnitione, ideoq; & sublimiori voce. Atque vitinam
sermone hi tui non cursum & inane verberent,
aures ve pulsent. Vitinam in imis Mortalium
præcordijs exarentur, stylo ferreo haud vnguem
expungendi. Vitinam vel celte sculptantur in silice, &
pronice in Aulis Optimatum marmore: vt hos
relegens oculos corporis, mentis nunciis, frequen-
ter hoc cordi referat & imprimat auncium. Vis vi-
terius dicam! Dignus est sermo ille, qui inscribat
Tiaris Pontificum, Thronis Regum, Diadematis
bus Principum, Clypeis, Heroum, Peristromatis
Procum, Purpure Magnatum, Stemmatis Nobi-
lilium. Sic fiet, vt non nimum ionitantur, Fœno
yernanti. Germio emarcido, Flori deciduo. Quid
potent a quid gloria? quid stemmata? quid purpu-
ra? quid sæculi spes, res que omnes? Flos germinans,
flos decidens, flos sine flore. Vique ad sepulchrum
hæc omnia; vterius nihil. Qui his confidunt, audi-
ant & hanc vocem:

Esse, fuisse, fore, tria florida sunt, sine flore:
Nam si nullo perit, quod fuit, est, & erit.
Quod fuit, est, & erit, perit articulo brevis hora:
Ergo quid prodest ijs. Fuisse, Forei

Vterius interrogo: Quid iple Homo? De humo
quasi flos egreditur, in ætatis oriente. Et conteritur,
perculsus ætutudinis uredine. Et fugit velut um-
bra, in mortis occidentes iam ipsi deficiente Sole
Exsiccatum tunc iacet fenum, falce inevitabili de-
cisum, flosque decor & gloria emarcescit. Quam
merito igitur id è tumulto inclamas, ô Princeps:
Expertus iam id agnoscis, præcipite demessus fal-
ce. Vt verò idem alij agnoscant, vocem eleuas sono-
sam: vocem quæ vellit autem, his qui gloriæ au-

rana captant, aut his qui decore auri capri obdo-
miserunt Ego, vt pio huic voto tuo collaborarem, ad-
vocare gelio cuiuslibet fortis mortales, vt sepul-
chrum tuum inuisant, lucus communis non extor-
tes: & Monumentum illud vocis tue posthume
auribus & animis excipiar.

CONVOCATIO PROCERVM

AD ALEXANDRI

PRINCIPIS MONUMENTVM.

Cecidit, ô Principes, ô Provinciarum Proce-
res, ad *Alexandri* Principis sepulchrum. Huc
e locum descendite. Locus humilis est, Coronas &
Diadematis, vt introcatis, submittite. Locus solidus
est & angustus, splendorem purpuram, angustum
que, paludamentum ad ianuum deponite. Ingressi,
omnia circumlustrate, & in sepulchri frontispicio
hanc Epigraphen legite, telegite.

Hic in imo iacet immò sedet,
Epulito & Cathedra humilis,
De sublimibus Principes errandis,
Collega honoris, Princeps Magnanimus.

Ipsam audite.

Nostis Principatum eius & animum; nostis ma-
gnitudinem animo eius, & Itemmatibus adnatam,
Nobilissimum Nolo est, ex *Arembergica* & *Croyaca*
stirpe, è sceptris enata, ducis originem. Stupen-
dè *Egmondiana* per conubium inleto; magni-
tudinem itabiliuit, & adauxit. Si gloriari potest *Ri-
uus* de limpido suo fonte, Ramus è proceri *Ardo-
re* Arbor de profunda Radice, Palmis de fœcunda
Vite. Radius de Sole progignatore: Poterit & ipse de
prika Avorum gloria & virtute, non solum Belgio,
sed & toti autilima Europa.

Perillustri et Pater fuit *Carolus Comes ab A-
remberghe*. Heros legationibus apud Gallia & Bri-
tannia Reges pro Rege Catholico prælate fun-
ctus, qui & audiit, *Facis Anglicana* specialis Legatus.
Sed quam benè ab *Aremberghe* dictus? Latino ser-
mone dicere, *Ab aquilaram monte*. In excelsis
posuit nidum: Sicut aquila provocans ad volandum Deum,
pulos suos & super eos volitans expandit alas, assump-
sit in humeris, Dux illi fuit. Ad suavitatem virtutis
& honoris verticem, ier liberum liberis suis strauit.
Pennas dedit, præ volavit, præ volando adiuvit.
Hunc verò *Alexandrum* prænobilem Alitem sus-
citavit ex *Anna de Croy*, *Philippi Ducis Arctotani*
filia, quam Deus prole multa fecundam, felicem-
que fecit.

Hi fuere carnis Parentes, à quibus vitæ & nobi-
litas lucem in primo hausit ortu. Est & altera na-
tuitas in baptismatis regeneratione; huic mox suc-
cedanea. In illa Pareus ei Lusticus fuit, Magnus
Alexander Dux Parmensis. Ab illo Nomen, splen-
doremq; cum nomine mutuauit. Magnum voco,
quæ n Belgium, Roma, Orbis super xix. Statua ænea
ei a Senatu Romano in Capitolio decreta, magni-
tudinem eius indicat hoc elogio: Quod *Alexander*
*Farnesius, Parma & Placentia Dux, Magna in Impe-
rio res pro repub. Christiana præclare gesserit, Rossa-
nig*

MANENTI!

nique nominis gloriam auereri S. P. Q. R. Honoris ergo. Maiorem moerore iaculis multo intermissum, recitandum censuit statuumq. Cuius opusculo, in Capitolio Virtutis, iura, in illum voluntatis testimonium ex S. C. P. Belgium quoque eius Virtuti & Magnitudini testimonium adfluxit, epitaphio in Templo Vedastani Orazo Atrabati (ubi eius viscera condita sunt, corpore Paimam delato) sic inscripto: *Alexandro Ferruio Carolo V. ex filia Nepoti, Parma & Placentia Duci, Belgii Praefecto Reg. Haereticorum, Schismaticorum, Perduellium Victori, Oppressorum Liberatori, Magnarum Urbium sine sanguine Dominatori, Parisiorum, Neustriarumq. Vindictae, Pacis, Bellique artibus illustrissimo Principi, R. D. Ioannes Saracenus, Domi sui vna defuncto L. M. moeritus posuit.*

Nomen ergo dedit Alexander Alexandro, non sine apparatu & splendore: Virtutem non potuit Deus dedit. Illius iam a teneris annis indicia visere licuit non obcura. Cum vero in eo adolefceret cum aetate vobiscum, Patre Carolo vita functo. Patis loco fuit alicet Carolus Dux Crocyae & Archothanus, Avunculus. Nepotis ipse inelarecente indole delectatus, ex Nepote filium fecit, adlegit, adoptavit. Exinde cum sibi et binis iam Nuptijs proles deesset, haeridem scriptis Principatus Cimacensis, Comitatus Bellemontensis, Terrae Avscuentis aliorumque opulentorum dominiorum.

In his omnibus, o Principes, posset vobiscum Alexander Principes gloriosi, haeroum sanguine cretus, tot Titulorum, Terrarumque haeres. At laboris saeculi gloriam modo parulpendit, agnoscentes quomodo omnia illa quasi Flos agris. Eheu! *Exspectatum est fructum, & cecidit flos.* Non ergo vos alloqui parat, et generis splendore, de praeca sanguinis nobilitate, de opulenta hereditate. Sed de illa, quam iam tenet, quae & breui vos manet incertulenta forte. Audite ergo, quid de se eloquatur et pulvere: quid de vobis, De se quidem, eandem exprimit vocem, quam olim Princeps Sapiens, inter Orientales Magnus:

Isr. 40.

Iob. 19.

*In caele meo tenebras posuit,
Spoliauit me gloria mea,
Abtulit Coronam de capite meo,
Et quasi exulsa arbori spem meam.*

Quis Te spoliatum o Princeps! Quis ad tenebras deducit? Quis gloriam & coronam invidit? Quis fructum sibi citi germinantem avellens floris decorem excussit? Haec sibi nobis aperit. At intelligo. Mors vique depopulatrix, nulli parcens, secpria sed lignoibus, purpuramque rustico sago commilcens, o sed hic in gyro tabernaculum tuum, suo stupata latellio, & trophaea de Te tulit. Mors aemula splendoris tui, per caliginosum callem Te deduxit, & splendore Aucti Vellens gloria spoliat. Illa florentis huius aevi spem omnem tulit a Te, ab arbore & radice adeo illustri avellens Te a qua radice: Ad inelya Arembergica, Crocyaca, Regumunda Prolapia cui insitus efflorescas gloriose, Deus Nobilitatis Belgicae. Merito igitur multorum plan-

cus inaudiret, singulibus intercisus, lachrymis circumfusis. Et ecce Tumultum tuum, me ad vocante, circumstant Principes, luctus huius participes, quia & gloriae mox periturae confortes. Lugere, lugere Principes Alexandrum, in tenebris delatentem, gloria spoliatum, coronam capitis nudatum. Lugere germen evulsum, florem decilum spem ipsius cum ipso in pulvere iacentem, & prostratam. Lugere? Luctum sed temperet, lachrymasq. tergat, spes futuri saeculi immortalitate plena. Non iacet, non potenter illa in pulvere, non emoritur cum cadauere. Cum Sapiente loquar: *Aestimata est afflicto exitus illius: Sed ab itinere iusto abiit in exterminium: Et quod a nobis est iter exterminii, ipsi pacu est ingressus.* Haec est spes, solatium matoris: de qua iterum eruditus Princeps Orientalis sub aenigmatate sic pronunciauit: *Lignum habet spem: Si praesidium fuerit, rursum virescit, & rami eius pullulant. Ad odorem aqua germinabit, & comam faciet, quasi cum primum plantatum fuerat.* Avulsus igitur est a stirpe sua, praenobilis & floridus hic Ramus: est sterili nolta humo est exportatus. An haec leges doloris? Sed in vbetiori solo & caelo plantabitur, ut germinans germinet laetius, florens floreat feliciter ad odorem irrogantis aquae. Haec est leges laetitiae, & consolationis. Spem ergo saeculi, si mors ei invidit, spem Aemulitatis Deus previdit. Luctum igitur temperate, o Proceres! tristitia nubilum dispellete, spe hac affulgente. Interim, audite & vocem eius alteram ad vos, de vobis, quae cordi recondatis. Eadem est illa, quam olim expressit Principum omnium eruditor, & Principum in sapientia Princeps:

Sap. 1.

Iob. 14.

*Ego dixi Dii estis,
Et filij excelsi omnes.*

Psal. 82.

*Vos autem sicut homines moriemini.
Sicut unus de Principibus cadetis.*

Dij vique estis, Divini Numinis imaginem referentes in terris Illius vices geritis, ductando populos, dictando leges, plectendo reos tuendo insolentes. Filij excelsi vos omnes, celsitudinis divinae participes, gloriae vaeitae praeceteris eminentes. Hi sunt Tituli, quos lubentes agnoscitis, & pruriente excipietis aure, auram captantes. At abist, ut divini huius honoris potestatisque consortium mentem vobis tumidam faciat, quam humilare debet:

Sap. 6.

Indictum durissimum fiet hu, qui praesens: Potentes potentey tormenta patientur. Si ergo aurem, mentesq; hoc misset, Memento te vos filios hominum esse. Sicut homines moriemini, sicut unusquisque e pronuncia plebes, communi fato estis obnoxij. Et ecce, sicut hic vnus de Principibus febris aestu perculsus cecidit, sic cadetis. Sufficit lapillus rangens pedes lu: eos, ut istatuum auream in favillam aestivae arae redigar. Sufficit ventus vrens, ut Hederae Jonae tronodola & vmbrela exarefacat. Sufficit vermiculus rodens, ut Cedros Libani excessos sternat. Immo continud Scuris ad radicem posita est. Continuo inelatat vigila, Succidite arborem, excutite

Luc. 13.

Dan. 4.

folia, dispergitur fructus: proceritas eius caelum licet

Conti.



contingat. Planè necesse est arbor cadat, quam liber-
 rialis, hac in re non in expertus, nec ineruditus. Castra
 pabilis, vel soblitis: arvidendum quò casura, an
 ad Austrium, an ad Aquilonem. Ab isto ad illum,
 Eccl. 2. sine bellis illustrium non fuit degener filius. Illu-
 stris fuit gloria Parentis eius Caroli, dum militari
 ad Austrium, sine ad Aquilonem, ubi: *umque cecide-
 rit, illic eris.* Multum interitum interit Austri-
 & Aquilonem, inter pacem & gloriam, inter A-
 teritatem & Avertitatem. Ante vitæ occasum
 providendum. O sublimes arbores, fulmini & ven-
 to expositæ, in cello solo plantatæ, à securi parum
 tutæ, quò casuræ estis; Providete, & à Sapiente con-
 filium hoc accipite: *Quasi theobanthus expandite
 ramos gratia & honoris, fructificat odorem suavitatis,
 & fructus honestatis & virtutis.*

Eccl. 2. Plebem sub umbra & frondibus vestris nidulan-
 tem in tranquillitate protegete, & pacite. Sic in oc-
 casu fors erit vestra in Austro gloriæ, & infitio in
 Arbore vitæ, ut frondes floresq; lætiores æternum
 germinetis. Illic à vento flante eritis liberi, à verme
 rodente exempti, à Securi nunc minante securi.
 Hoc vobis optat vestri Collega honoris, & tumulo
 vos erudiens, mortis vos admonens. Visitate in tu-
 mulo isto speciem vestram. En speculum, illud in-
 spicite, & vos in illo. Nolite celeri gressu transire,
 hic inspicite quales sitis, quales futuri estis. Bene-
 dicite principatum incertitudinem & gloriæ ve-
 stræ velocitatem. Hanc cum vix plene apprehen-
 deritis, fugite. Pennas sibi facit, ut celerius pertan-
 feat, & insequentes se illudat. Liceat verò exire,
 dum dum vos alloquor Annum quo mortalis hac
 gloria ab Alexandro Principe fugit, Ipse Tumu-
 lum ingrediente, hoc versu signat:

*Gloria, flos Caroli, perniciosa Lat a LI,
 ac qv as in C s' vert, te Mor lente perit.*

CONVOCATIO MILITVM,
 ET MILITIE DVCVM
 AD INCLYTI HEROIS
 SEPULCHRUM.

Accedite & vos, ô lectissimi Milites, bellige-
 rantium Tribuni, exercituum Duces. Silcant
 cialica, nisi lugubre aliquid valeant insonare. Pul-
 lato vestite tympana optimeato Labarum sub-
 mittite, vexillaque & signa mylti per puluerem tra-
 hite. Locus quietis est: oportet ingredi sine tumul-
 tu. Locus pacis est. Clypeos & arma. Loriceam &
 Galeam ad ianuam oportet appendere. Introeuntes
 singularitate, inveniatis hanc inscriptionem,
 quam decet vos attendere.

*Hic inacet Dux exercitus,
 Bellicâ fortitudine Clarus,
 A Vermibus in Hypago obfessus.
 Vixtas manus tradidit inuictus. Plangite.*

Taceat licet in puluere, alloqui tamen vos optat
 commilitones suos, de militari quam ambitus glo-

*Valeat Venus, atque voluptas:
 Castra pero.*

Coniuge enim dilectissimâ, charissimisque libe-
 ris in Gynæceo relictis, cum copijs in Batauræ par-
 tes pertransiit, ad Insulam quam pilosam & villo-
 sam, sine Velautam indigetant. Illic pro Deo & Re-
 gis obsequio, pro artis & focus vitæ fidei dimica-
 turus processerat, proprio cam cratore obligare
 paratus. Sed varijs tandem belli incommodis affe-
 ctus, a sebi ardentissima correptus, in oppidum
 Deurecomium ab Itala transiens, morte felici oc-
 cubit. Quid igitur nunc ille? Numquid possit in
 armis & clypeis gloriari, victoriasq; ac trophæa de
 holte reportata recensere? Possit equidem; sed hac
 modò parui pendit, agnoscentis quomodo omnis in-
 sta militaris gloria quasi flos agrî. Heu! *Exsiccatum*
 est fœnum, & cecidit flos. Hoc quoque vobis, ô mili-
 tæ Tribuni & exercituum Ducatores inclyti ag-
 nitum cupit, quod agnoscit ipse. Palam annunciat
 modò imbecillitatem suam vestramque: quod post
 bellica trophæa obfideri à verbibus oporteat, vin-
 ctæque manus illis tradere. Nihil clypei, nihil gale-
 æ, nihil loriceæ prodesse valent, hanc in arenam
 descendenti, hoc in puluere decerant. *Custodiebat*

*atrium & tabernaculum suum fortis hic armatus,
 sed Mari venit fortior illo, & diripuit vasa eius: so-
 loque stratum spolians, infelicem reddidit & iner-
 tum. Pro galea, sudarium eius capiti apposuit: pro
 Lorica lineum dedit: pro baltheo funeres em in-
 stitius colligant: Palatii locum in sepulchri locu-
 lum commutavit. In his ergo Mœtis insignijs &
 armis, quasi novis stemmatibus, gloriatur; non in
 militæ antea cæta spolijs aut trophæis. Non magis
 quàm Saladinus, domitor Orientis, qui Præcone
 præeunte, Lintheum in sublimitate lanceæ instat
 Vexilli effecti curavit, paulò ante mortem. Inlucij;
 in circuitu exercitus, & in plateis Damasci procla-
 mar: *Ecce moritur Rex Orientis, & ex omnibus tro-
 phæis & opibus, nihil secum deferet, nisi tritum stund
 linteum.* Non etiâ magis quam Cyrus, Rex Persi-
 rum,*

MANTI

rum qui affyriorum regno potitus, cum Imperium ad Persas transfuisset, tumulo suo moriens hac inscribi voluit:

Ego sum Cyrus, qui Persis imperium constitui: Pusillum hoc terra, quo meum tegitur corpus. Ne mihi invidias, o Vir quicumque, adveni: Neque ego te ad venturum ignoravi.

At: ita tamen quaedam sunt, in quibus nosse hic Princeps adhuc modo gloriatur, & fiduciam ponit. Arma ubique ad caelestem civitatem expugnanda validissima, ad hostem in itinere ad illam infidias molentem, propulsandum, profligandumque peropportuna. Vis illa exprimitur: Orationes & preces, ieiunia & elemosinae opera fides, religionis, charitatis, quibus se ad praesentia futura praemunivit, & accinxit piensissimus miles. Haec est panoplia sacra, qua quisque adornatus fuerit, caelestem civitatem victor ingrediatur, ab hoste securus.

Quoq; armis praestantiorque armatura contra hostem invisibilem, clypeo fides, Gaeta spei, Lorica iustitiae, Baltheo castitatis: His undique obiectus: jacula non timet hostilia, & sine vulnere cunctos adversantes pervadens, lauteam expectat & coronam. Haec ergo sunt arma militiae caelestis, in quibus fiduciam ponit: quae etiam vobis ipse commendat, & commanipulationes: Interim dum militiae terrenae fortitudinem qua floruit, & vermibus jam detritam conspiciatis, plangite eum, & vos ipsos inspicite. En speculum: Visitate speciem vestra. Nec celeriter transcendendum est, ne statim obli-vioni tradatis, quales fides futuri estis. Diserte non fide in roboris, vel in armatis tabernaculis militare. Possit *velox est depositio tabernaculi vestri, velox est militia huius vitae ac capitis commig-ratio. Eheu, Quam cito hic abreptus est, praecisi ve-lut a texente vita, dum adhuc: orditur telam glori-ae militaris. Verum summus Imperator & Dicta-tor ita decrevit:*

Præcipiens, alio figere castra locos.

Breptus est elaboriosis hic castris, ne militia, affinis militia, mutaret intellectum eius, & ne scilicet deciperet animam illius. Placita enim erat Deo, ideo properavit educere illum de medio iniquitatum, transcribendum in sortem eorum, qui post tro-phæ, laureati, occident canticum & celeuma tri-umphale coram Domino Deo exercituum.

CONVOCATIO DIVITVM TERRENORUM.

AD OPVLENTI PRINCIPIS SARCOPHAGUM.

Amor. 6. **A**ccedite quoque ad hunc Tumulum, qui opulenti estis in Sion, & lascivisti in stratis ebri-ous, conopositisque fulgentibus. Accedite, qui in bysso & purpura, qui in auro & gemmis gloriam col-locatis. Sed quia cinerulentus locus est & tabidus gemmas prius monialia que exiit, ne labent vale-

ant hic contrahere. Mutate vestem, mutate & vo-cem. Nihil hic conferre nisi lugubre. Non locu-los aureos, in quibus læti fiditis, sed loculam fua-cem inspecturi estis, hanc inscriptionem osten-tantem:

Hic iacet Princeps opulentus, Aurei Velleris Eques. Trium terra cubitorum haeres. Auri nihil secum tulit, Vili sarcophago contentus.

Sic moritur dives, acc moriuntur divites. Ni-dos & inopes tellus in lucem editos excipit: nudos & inopes rursus illos in sine recipit. Primus uter-que gementes fudit: postremus uterque molitos re-cipit, & egenos. Nullum hic divitem dixeris. Nul-la hære vitia hic bona, omnia sunt mobilia. Nec horum dominium conceditur & usum commodatò & precario accipis, ad calculum mox vocandus.

Vis hereditatem tuam cernere, vel adre. Ostendit tibi eam Sapiens. *Cham morietur homo, hereditabit* Ecc. 10. *serpens & vermes:* Haec dicit ista, velis, nolis, mox ad-cunda, & in finem totius ævi possidenda. In hac si gloriari volueris, per melicet gloriaris, potius quam in terrarum dominis, vel rutilante auro & gemmis. De hac enim posteriori gloria, tibi in-clamat Alexander moriens, quod agnovit & vixit: *Omnia gloria ista quasi flos agris. Exsiccatum est fa-cinum, & cecidit flos.* Aurum, gemmae, monilia Ale-xandro non defuerunt: sed his animum non defixit. Arque modo præ auro, vel monilibus religit pan-nolim Francisci vestem. Cilicium rude purpureo præfatur Paludamentum unum asperum & nodos-ulum, Baltheo bysso: Caputium vile & villosum cap-tis Dademati gemmeo. Agnoscit hæc penitenti-ae insignia, apud supremum Dei tribunal amicturi regio & purpurae praefereuda. Agnoscent & id no-biles animi, si non ante mortem, saltem in morte, dis-ceptant mori in cilicio, & cinere. Reges & Principes religiosum eligunt amictum in suare & regium a-sperantes. Memoria hic dignum est Cunigundis Reginae postremum eloquium. Illa defuncto cõju-ge Heanico Imp. religionem ingressa, cilicium in-duit, cui iugiter voluit in dormire, voluit & immo-ri. Cum vero in agone videret sibi regales parati exequias & aurea feretro obrendi velamina, vultu, manu, voce abnuvit, & hæc dicit: *Amictus iste non est meus, auferre hinc, alienus est. Per huc terreno spõ-so, per cilicium caelesti sum copulata. Nuda de utero ma-teri egressa nuda illuc regressura. Vilem misera carnis materiam cilicio & vili veste involvite, corpus cultis, que mem iam vocantem video in proprio loculo repo-nite. His dictis, spiritum reddidit. O vocem nobilè nobilibus animis insinuandum. Ornatum & opu-lentiam sæculi animo contemnunt, qui in coronam caelestem mentis aciem figunt. Huius flos gor-tulans, sacculi gemmatis monilibus utilitatem indu-cit & obscuratorem. In conspectu illius, puerilibus consuetudine, cœpundis indicantur, quæ magni-geantur.*



pendunt homines, in pectore, vel vertice ostentata. Fascio obducti sunt oculi Mortalium, umbris deluduntur, & falsâ imagine rerum. Ambiunt bona penuriam, brevi cum ipsis perituri. Estimant speciosa & fulgida, quæ propius inspecta vilia sunt, & fuliginosa. Terrenas opes magni faciunt, caelestes parvipendunt. Malunt sibi aurum comparare, quam aimum; opulentiam sortem, quam bonam mentem. Gutta bonæ sortis, melior est illis bonæ mentis cadō. Sic excolati, vel amentes, Fortunam, infortunati ad auctorem; in eius donis omnem felicitatem constituunt. Si oculos vel mentem haberent, adverterent illam globo rotæque insidere, & vestigium suo axe omnia iustitiam deorsum rotare, nihilque in ea, præter inconstantiam, constantem esse. Advertent quoque, & ablandientem illam aliquo tempore, funditus in hominis morte interire.

Hæc Dea morte ruit, ve lut atri fulminis ictu.

Siccio cultores decipit ipsa suos.

Aperiant igitur hic oculos, in fortunæ donis mirum læti, in opulenta lascivi. Videant ubinam fiduciam collecent. Inspiciant sepulchrum Alexandri, si quid forte congestum sit rerum istarum in quibus confidunt. In Monumentum deinde suum aciem vertant, si forte quippiam istarum secum ipsi effecerint. In sepulchris invenient meliorem mentem, qui fortis quærebant & adambant feliciter sortem. Audite igitur, ô divites, divitis, sed sapientis Principis vocem; & despectis his quæ intermoriuntur bonis, sordidiora quaerite, quæ perennare possint. Discite sapientiam ab illo admoniti, illiusque precium agnoscite: *Non invenitur in terra suavis visentium. Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius. Nô confertur vincis India coloribus, nec lapidi Sardonycho pretiosissimo, vel Saphyro. Illam ergo oportet quaerere, quæ nec morte tollitur, nec sepelitur in pulvere. Post funera manet, in dâ funere suos vendicat, fectatores. Adhuc per hanc vivit, illius cultor & amator Princeps Alexander.*

Iob. 28.

CONVOCATIO NOBILITATIS.

ÆTATE ET CONIVGIO FLORENTIS.

Sap. 5. **A**ccedite & vos Alexandri Sepulchrum, ô Nobiles! in florida ætate & felicis connubii fœdere confidentes. Accedite, qui coronati vos vestis, antequam marcescant, fruentes conjugalis vitæ opulentâ voluptate. Ingredecimini, & dicit: *Verba est cytharâ mea in luctum, & organum meum in vocem flentium. ibi legitur:*

Iob. 30.

Hic sacet Princeps nobilis,

Ætate heri vigens robore,

Coniuge felix & prole.

Ab utriusque mors eum diremit, Plangite,
Nihil ad felicitatem cumulum Alexandri Principi videbatur deesse. Felici & inlycto conatibus na-

ctus erat coniugem Magdalenam Egmundensam, Heroinam prænobilem, dotibus animi & corporis præcellam, decore præfulgidam, amor casto correspondentem, pietati operose intentam, secunditate felicem. Felix enim & sacer fuit hymeneus, ex quo proles ingenue indolis prognatae sunt, ab Avorum illustri virtute haud degentes Fortes creantur foribus: *Nec imbelles progenerant Aquila Columbae.* Erant hi conjuges unus moris in domo, Solis instar & Lunæ in cœlo. Erant liberi eorum parvuli velut sidera in suo oriente, ab illis primigeniam lucem mutuantes. Mors interim in omnia vincula dirimit vincula, & tædas conjugales extinguunt, necum sacra Hymenei non tam d' solvit, quam dissipat. Nec lachrymas lectæ simæque coniugis, ex amoris & doloris fronte fluentes, nec teneros puerorum pupillorum singultus, nec famulantium turbam collachymantem, nec cingentem eos lugubrem nobilium coronam alperit.

O mors immitis, & inexorabile fatum!

Dicamus hic, quod olim Rex Agag interfectioni proximus: *Siccine separati avara mors? Dilectam afflictae & hoc coniugem, quod nec Vltimam valedicere licet coniugi discessuro. Quod nec amaris extremum osculum conjugalis charitatis suavium, figere poterit moribundæ. Et hoc solatio fortis fuisse similem illi quæ est apud Poetas edere posse vocem auribus exipitantis coniugis:*

Salus aeternum mihi maxime Palla,

Æternumque vale.

Hæc interim omnia vobis insinuant, ô Viri Nobiles, nihil hic fixum esse, cui animus valeat adherere: Non plusquam inclinatio parietis, aut materia depulsa: Non plusquam Hedera læna, si condole quidem, sed mox exarant: Non plusquam fœno veniant, & Ror decedunt. Ideo hic iterum vobis repetit Alexander: *Omnia caro fœnum, omnis gloria eius quasi flos agri: Exsiccatum est fœnum & cecidit flos. Nihil hic orbis quod perennet, possidet. Delectanda affectu omnia, antequam invitos nos deserant. Tandem deserent dominia, coniugia, coniugii pignora charissima. Et id quidem cum illi adlubuerit, qui annos nostros suis librat momentis, quique omnia disponit in pondere, numero & mensura Recte furpides occidit:*

Mortalis nemo est quem non attingat dolor,

Morbis que. Multi sunt humani liberi,

Rursus creandi. Mors que est finis omnibus

Reddenda est terra terræ: um vita omnibus

Metenda, ut fruges Sic iubet necessitas.

Certe, si hoc animo insidat, affectum reb. quicquid cumq; in hærentem vel opprimat, vel deprimit, Nam vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam, Præterit, hæc vita, instar Scenæ Theatro exiit Præterit, instar cœnæ in trichino appatae. In hac postquam lautè epulati sumus, ad noctis tenebras recedimus, & donec dies illuceat tacemus, vel donec voce nova excitante evigilemus. Audi vocem divinam, morientes quasi ad somnum cunctes

1.84.3

2.6.6

1000.4

1.84.4

1.84.4

Sap. 11

euntes alloquentem: *Vnde popule meus ad cubiculacum armorum, negotiorumq; Republice tumultu, clande ostia super te abscondere modicum ad monumentum, donec transeat indignatio.* Ac de iade lucem nouam orientis aeterni aduentum annuncians, inelammat: *Expergiscimini, & laudate, qui habitatis in puluere, quia ros lucis, ros tuus.* Gratum certe gallicium, & ipsis in caligine sperantibus, aduentum lucis, ortum noui Solis: & nobis ad solatium mæropis, Noli ergo, o coniux, nimium iugere coniugem abuentem? Abijt ad tempus & intravit Sepulchrum; quasi Conclauis suam; clausit ostium super se, & abscondit se ad modicum, donec caelesti voce exiretur ad nouam lucem; & ofsa eius germinet ad nouum rotem: *Si senserit in terra radix eius, & in puluere truncus eius mortuus fuerit, ad odorem aquae germinabit.*

Iob. 14.

CONFOCIATIO ERVDITORVM.
AD SAPIENTIS ET ERVDITI
PRINCIPIS TUMVLVM.

Tandem & vos aduoco, qui scientijs varijs non seque operam nauatis: quorum cura est non in liberis, sed in libris; non de familia, sed de doctrina vobis cordi est, in Apollinis hortu lauros colligere, floresque polymitos omnigenæ scientie carpere, quos in memoria calatho recondatis, animum exornaturos. Sed horum istum deserite ad tempus, deserite & vestrum Musæum: accedite visuri Principi Alexandri Mausoleum. Ibi legitis.

*Hic iacet Princeps Sapiens,
Poliioribus literis eruditus,
Minerua & Astrea donis floridus.
Flores se istos Mors messauit.
Plangite.*

A primæuo adolescentiæ flore, non solida humaniori literatura animum expoluerat, sed & Philosophiz cum lude operam dederat. In Academico puluere, quasi lyceo sapientiæ (testis sum oculus & auris) Philosophorum decantantium velitationes publicè sustulit, actus ingenij specimen omnibus exhibens. Deinde ad superiores disciplinas animum adhibens, lucis prudentia animum excoluit, exornauit. Ex adytis obiculis & nodosis Legum selectas Propositiones, sapientissimè Louanij contra quoscumque peritissimos propugnauit, enodauit. Denique, nulla est scientia nobili mente digna, cuius non aliquid animo imbibierit. Idè verò ingenium illustre altioribus studijs dedit, non sicut pleriq; vt nomine magifico seque orium velaret, sed quò simtor ad veritas fortitè Republicam capessere. Sapientiæ cultores securus est, qui sola bona quæ honesta, mala tantum quæ turpia, potentiam, nobilitatem ceteraq; extra animum neque bonis, neque malis adnum erat. Sed & hoc laude dignum, quò admirabilis, amabilisq; foedere noverit exinde arma cum litteris, cogam cum sagæ, ægidem Palladis cum Mineruæ libro. Caduceum Mercurij cum Matris gladio coniungere. Et tenim,

Conc. Funer.

aus animus inquietasset, lenior Mineruæ cultrix illum excipiebat, relaxabat, sibi tranquillitas certior pax altior, mens pacatior. Litterarum ergo, literatorumq; cultor eximius fuit Alexander: idè & modò è tumulo, quasi è pulpitro, illos admonere gessit, nimium ne scientiæ humanae se tradant, neglectis altioribus Sapientiæ æternæ donis, nimiumq; ne in ea gloriantur. Omnis enim humana scientia, omnis eius gloria quasi flos agri. *Exsiccatum est fenum, & cecidit flos.* Audite ergo sapientem eius vocem, qui audire vultis sapientes. Attendite monitum quòd vobis tradit ipse Monumentum, artecta aure, artecta mente illud excipite. Non gloriatur Alexander in sapientia tumida, aut in ea qua excelluit eloquentia, non in legum pericia, aut antiquitatis notitia, ex Historiographorum voluminibus animo suo recondita. In quo ergò gloriam ponit? In scientia, Sanctorum in doctrina salutis, & vitæ. Arbos scientiæ multos priuat arbore vitæ. Plerumque etiam solas habet frondes & folia, ea; decidua, & à fructu inania: sic & inanis est gloria. Quapropter hæc est vox Domini apud Prophetam; *Non gloriatur sapiens in sapientia, nec fortis in fortitudine: sed in hoc gloriatur, qui gloriatur scire & nosse me.*

Hier. 9.

Si Christum nosci, scire est, si cetera nosci.

Concludo igitur, & è verbis Sapientis hanc coronidem adijco: *Alexandrum Principem Iustum deauxit Dominus per vias rectas in ætate tenera, in ætatis totius bivio, adolescentia. Ostendit illi regnum Dei, per fidem & spem, maturefcente iam ætate. Dedit illi scientiam Sanctorum, in resecto iuuentutis flore, honestauit illum in laboribus, qua literarijs & priuatis, qua militarijs & publicis, in virili robore. Et completit labores illius, terminum imponens vitæ, aspera aegritudine, prospera sed morte, in qua patientiam cum bene moriendi coniunxit scientia.*

Sap. 10.

Mortis honos est scire mori, vitæ beatæ Exitus est testis, qui sine labe fuit.

VOX EXPIRANTIS OLORIS,
Hoc est,
PIENTISSIMI PRINCIPIS RESIGNATIO IN MORTE, ET CONFORTAS CVM DIVINA VOLUNTATE.
Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Vniuer animæ meæ, & laudabit Te.
Et iudicia tua adiunabunt me. Psal. 118.

In manibus tuis, Domine, sortes nostræ. Sorte è vocatur, sorte eligimur: *Sortes mittuntur in vram, sed à D. mino temperantur.* Mors eas educit, cælum disponit. Quo cumq; disponatur modo, tuo fit arbitrio. *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Ex vtero tumefcente embriem abortiuum educis, è conis infantem abripis, è brachijs aut sinu materno puerum tollis. Eludis adolescentem,

Ps. 30.

Proou. 16.

Psal. 118.

D d d

ten.

tem, & florentissimo rerum statu iuuenem, & familia
 opulenta vitum citò ad tuum vadari vis tribuam
 Quis contradicit? Quis nouit sensum tuum? Quis
 consiliarius fuit? *Nam quid potestatem habet sigillus
 luti, vt vasa pro placito formet, vt illa conterat &
 deformat, vt eadem ceteretur & reformet?* Quic-
 quid horum decreueris, sicut lutum in manu figu-
 li, sic & nos in manu tua: *Iustus es Domine, & rectum
 iudicium tuum. Quid vltra? Coronas, Scepta, Dia-
 demata, si eueris iustus es. Ecce, dum in cauta
 ro spolia Vellere, & Principatus gloria tuam a-
 gnosco iustitiam. Virgè tuam iummitatem exolu-
 tor, quæ licet aspera, est tamen aurea. Licet admi-
 randa, quia iustitie ocella virgastamen adoranda,
 quia directionis, immò dilectionis est vitta. E heu!
 Quam acerbè illa me percutit, dum a coniuge di-
 lectissima diuellit, dum dimidium cordis separat,
 dum me ipsum à meipso dirimit, quasi ab Adamo
 a toto patrem. Violenta certe diuulsi, vbi
 tam amabilis erat vnio. Sed iustus es, & iudicium
 hoc tuum adiuuabit me. Deplorent alij hoc aratis
 meæ florem, & gloriam gemmantem cum suo
 egressum cespice. Deplorent iustitiam arborum, cum
 folijs, frondibus, & fruge. *Iustus es Domine, & re-
 ctum iudicium tuum.* Quovis loco decretum fetas
 quovis retum statum, in militia, in aula, iudicium tu-
 um oportuna, & optimum. Nemo est statum mi-
 litari discedit, nisi Imperatoris iussu. Quando iuste
 rit ipse, mox parendum summe potestatis imperio,
 nec aliud mente volendum, præter iustam volun-
 tatem imperantis. Illius arbitrio, omne noxam
 subterni decet. Certe, *cunctis diebus quibus nunc
 milito, expecto donec veniat immutatio mea.* Et ecce,
 quia modò vocas me, ego respondebo tibi. Opera-
 manuum tuarum tu porriges dexteram: & iudicia
 tua, non nocent mihi, sed adiuuabunt me. E-
 lectos tuos evocare soles, secundum beneplacitum
 tuum: nec disceptandum, quia diligentibus te omnia
 cooperantur in bonum. Omnia quidem, siue præsen-
 tia, siue futura, siue Mors, siue Vita. *Sicut enim viui-
 mus, Domino vivimus, siue morimur, Domino mori-
 mur: siue vivimus, siue morimur, Domini sumus.* Et
 quid refert, siue Mors contingat in regione pro-
 pria, siue in exetra? siue in Palatio, siue in militari
 Tabernaculo? Vniformi animo vbiq; est excipi-
 enda. Attingis enim fortiter, & disponis omnia sua-
 uiter. Fortiter quidem pro Te: suaviter autem pro
 me. Fortiter, quia efficaciter provideoria: Siquiter,
 quia voluntate benigna, omnia disponis & perficis
 ad agnè electorum salutem, congruè gloriæ tuæ, &
 æternitati. Nihil itaque iuuat conueni cum Pœta.
*O nimium caelo & pelago conspice sereno!!
 Nullus in ignota Palmarum iaculis arena.*
 AD SPIRITUM EIUS DEM. EXSP
 RANTI S.
 AD BEATAM ÆTERNITATEM
 Vives anima mea, & laudabis Te. Plala &
 Nte, immortat corpùs, cadaver sit, red latet ho-
 mo humo, pulueri puluis, laterna vivet anima.*

mea, numquam intermoria, & laudabit Te, re-
 tenante laude victura legrediar putredo in ossi-
 bus meis, & subter me locat: Sternatur tinea, &
 operimentum meum fiat vermes. An idèa præco-
 nio tuo cessabo? Numquid narrabo in sepulcro mi-
 serico diam tuam? Num in pulvere defletar? Im-
 modè audiam vocem illam: *Experi, cimini & lau-
 date, qui habitatis in pulvere.* Sic exortus, ascen-
 dam ad populum accinctum nostrum: ad populum
 beatum, olim ad præthum accinctum, nunc ad lau-
 dem & gaudium, ad prætham palmæ & laureæ. Ibi vivet
 anima mea, & illudabit Te. Felix commutatio, si
 discinctus carne, accingat immortalis veste. Si mei-
 pars melior, Divina mentis portio, ab altera inter-
 moriente diuulsa, feliciter incipit vivere. Nam in
 corpore mortis huius, non tam vivere, didicisti, quàm
 morti coacta est contra tua morte. Quid enim aliud
 est quotidianus defectus corruptionis, quam quæ-
 dam prolixitas mortis? Quam diu in Orbe agitur
 mori, in Obem à morte agitur. Quotidie mori-
 quoridie demitur aliqua pars vite. Cum crevit vi-
 ta delectat ipsum quem agit diem cum morte di-
 vidit. Ergo tumulto reddatur: putre seculum & semper
 motiens cadaver. Viveret animus, viveret post funera
 virtus: viveret spiritus incorruptionis ote, & lauda-
 bit Te emunctus, feliciter. *Non mortui laudabunt
 Te Domine, non enim es Deus mortuorum, sed vi-
 ventium Vivens, vivens ipse confitebitur Tibi, sicut
 & ego hodie, dum me educis de custodia, & carcere
 ad confitendum nomini tuo, vt cum iustus retribu-
 as mihi. Ad illam ad iustitiam laudem, quæ numquam
 interumpitur in amplissimo illo Laureato illo Milite-
 rum, castro chorizan tuum.*
*Omnis ista Deo Sacra
 Et dilecta, cunctis
 Elena m. d. in laude
 Et canoro tuulo.*
 Ad istius civitatis in clypeum felicitatem quanto-
 cius indispicendam, dgeturum mortis, & iudicium
 tuum super me, adiuuabit me. Sicut viam animæ
 mee, vt vivas, & æternam laudem Te. O decerunt
 hominum oculis sperum & lugubrem, in æternis
 tuis consiljs prosperum & salubre! O iudicium in
 cortice amarum, in fructu suave & iucundum! O
 auxilium, ab illo proveniens iudicio, quam potens,
 quam efficac! O vita amabilis nimis, qua vivit
 posthac animus! O laus decora & iucunda, quæ lau-
 datur ille, qui est maior omni laude. Videbitur tunc
 sine obscuritate, agnosceretur sine enigmate, perfide-
 bitur cum securitate, amabitur sine intermissione,
 laudabitur sine tegido, perenni laude. Tandem mor-
 te mihi vocem interceperat, & cum oculis os clau-
 dense, sermonem claudo: & Te, ô Homo mortu-
 lis, quisquis fueris, siue Princeps, siue Plebeus, siue
 peccatus, siue ignarus, extreras hac alloquor voce
 cum Sapiente, quam recondas in pectore.
*Noli merere iudicium Mortis.
 Memento quæ ante Te fuerunt,*

PIANTIS

Et qua superuentura sunt Tibi. Hoc iudicium omni Carni. Et quid superuentis Tibi? In ben placito Altissimi. Sive decem, sive centum, Sive mille Anni. Non inest inferno accusario vice, Eccl. 47.

GENOTAPHII EXORNATIO ACADEMICA

EX SENTENTIIS ERVDITORVM.

Memoriae proditum est, ad Sepulchrum Alexandri Magni olim vndiq; conuenisse Philosophos & Sapientes: atque eorum vnumquemque lecentiam aliquam, admodum Epitaphij sepulchralis, ad e. p. illorum vnus scripsit: Hic virus terrae spaciatus Alexandro huius satis fuit; nunc et erum vltimum sufficit. Aiebat alius: Hic potuit Alexan. et multos a morte liberare: hodie sepulchrum non potest. Alius cum eius Loculum aureum vidisset dixit fertur: Hic Alexander ex auro fecit thesaurum: hodie aurum factum ex ipso thesauro. Alius denique: Hic Alexander terram oppressit: hodie a terra oppressus est.

Advocauit & ego vos, o Sapientes saeculi ad sepulchrum nostri Principis Magnanimi. Optatum etiam, ut e sapientia vestra ad ipsius sententiam aliquam eratis, quae hic figi possit, Mortalibus futuram instar Monumenti, quo imminenti mortis, quam iam obijt Alexander, praemonentur; & ad alteram vitam spectandam, expectandam erudiantur. Exordire, o Theologe, tamquam caeterorum Dux & Antesignanus e diuina lectione aliquid hic adscribe.

Homo in statu innocentiae habebat posse mori, & posse non mori.

Homo ab eo statu relegatus habet posse mori, & non posse non mori.

Beati habebat posse non mori, & non posse mori. Reprobi habebat non posse mori, & non posse non mori.

Haec clarius nunc certis, & discernis, o Alexander!

Statutum est omnibus hominibus semel mori. Ista est lex Adam. Ad hac Legem, nec Auctor legis, nec Princeps eximitur. Ab hoc Tributo non sunt liberi Regum liberi. Quid necesse est exempla aliunde accere, cum hic in Alexandro Principe teacamas?

In morte Alexandri agnoscat omnes Sacram illud Aphorisma: Homo natus de muliere, breui vivens tempore, repletur multis miserijs. Quasi spes egreditur & conuertitur, & fugit velut umbra. Recente singula humani corporis membra, nervos, venas, artus, & ossa. Plures omnibus his morbi sunt species, quibus homines atteritur species. Tandemque pulueri traditur, & puluere nata.

Mille modis morimur Mortales, nascimur unum. Sunt hominum morbi mille, sed una salus.

Homo est instar figurae sphaericae. Sicut illa in diem quo incipit punctum definit, ita & homo. A terra inchoans in terram redit, a Tumulo Tumulum petit, ab Vtero Sepulchrum.

Caeli Sidera & Stellae, Stella sunt stultae, aut guttae roris antelucani, respectu Dei quasi Oceani. Terra punctum est respectu Caeli. Formiculae instar sunt Exercitus. Nigum in campis agmen, Cui o Principes, Terrae punctum ferro & igne darditis? Rides id modo Princeps Alexander.

Quantus sit Hominis animus peris? Mensura hominis quae est Angeli. An de corpore quae raris? Quanta sit hominum corporcula. Mors tibi dicit Vna per dum septem mox merienda tibi. Victor ad Herculeus peris res licet usque Columnas, Terra cum aliis pars manet aqua tamen.

Vnum est necessarium. Cur numeros quaerimus, & turbamus erga plurima? Frustra animum per curas parimus, quati in frustra. A numeris saeculi, ad Caeli Monadem redeundam. Vitam hac Monadem modo fruatur, & in dyle Princeps!

Deficiente Alexandro, Versa est in luctum cithara organum in vocem fletuum. Singulis canotum mihi intercipiunt vocem, interim hoc habeant a me Mortales Monumentum. Sicut Nota Musicae lis ab infima celestiter descendit, ideoque Fuga nominatur: sic est & Vita hominis. Vix dum ascendit cunctusque Fugae revolvitur. & descendit: tandemque Memoria eius perit cum Sonitu.

Vis nosse naturam Hominis, aut Titulos Nobilitatis eius? Homo est habecillitatis exemplum, fortitudo ludus, inconstantiae imago, corruptionis speculum, invidiae & calamitatis trutina, temporis spoliolum, mortis mancipium, Validus Heros erat Alexander, mox imbecillus, vita deinde spoliatus iacet, in modo mortis est feruus.

Sic Variatur homo per multa volubilis errans.

Est sua Nobilitas, haec sua Nobilitas.

Omnis quae hic Orbis athenat, recte dixeris esse Entia rationis. Post hoc saeculum, quae erunt Entia realia erant & realia erunt, quam opinati sumus, iam tibi Tibi competum est, o Sapientis Princeps! Tam agnosce illud Vni Sapientis tui saeculi, extremum sic alloquens Mortales:

Humana cuncta Fumus. Umbra Vanitas.

Et scena imago & verbo, ut ab Iohanne, Nihil.

Homo est brevis quaedam Oratio, vix habens aliud quam Exordium, & Epilogum Pro exordio est Hominis ortus, pro epilo. o eius interitus: Ab illo, ad istum, & ceteris est dictu fuis.

Quam d'orimur, morimur finisq; ab origine pendet.

Mors ruit, ac veluti naturae messor aristas.

Omnia vana, sihae salce ermenta secat.

Hec, heu! Quam iusta miseris auertitur aure!

Hec, fenes oculos claudere caeca negat.

Frustra Homines Vocauerunt nomina, iua in terris suis. Homo moritur, & Nomen eius Vis Grammaticae dicam? Mors est Nomen, quod no declinatur. Mors est verbum, quod habet Modos omnes, & cum

Sapientis Mathematicus.

Sapientis Astrologus. Sap. 11.

Sapientis Geometer.

Sapientis arithmeticus. Luc. 10.

Sapientis musicus. Iob. 30.

Sapientis physicus.

Sapientis Logicus.

Iustus Lipsius.

Sapientis Orator.

Sapientis Poeta.

Ps. 48.

Petrus Alphon. seu Galij.

Sapientis theologus.

Magister in d. g.

Sapientis legisperitus.

Heb. 9.

Sapientis medicus Iob. 14.

non est Optatum, sic Imperatum. Habet & omnia Tempora. Praefens, Praeteritum, Futurum. Sed felix qui moritur antequam moritur, non moritur quando moritur.

De mortuorum animalium exuvijs Morales in Sapiens diuimus, & calcemus: vt calcant terram, terra & facit. mortis memores. Si supra Caelum, Solemque ob- Exa-14- ambulare audeant: Vellem sibi Immortalitatis com- parent, Calceosque hyacinthinos, & caelestes: Quam pulchri gressus tui in his Calceamentis, o Fili Cam? Principis!

CONVOCATIO COMMVNIS PLEBIS AD SEPVLCHRVM.

COMMVNIS PATRIAE PARENTIS, EXORNANDVM.

Vos quoque tandem compello, Vos ad Sepulchrum illud conuoco, o Artifices, o Opifices cuiuscumq; Artis, aut Professionis: vt Domino ac Principi vestro, cui vtiliter aliquando vestras locastis operas, modò honorem, obsequiumq; extremum hic praefatis reddatis. Advoco, inquam, vt communi Patriae Parenti, quem boni omnes cuiuscumque sortis lugent, pro modulo vestro Parentalia exhibeatis, Capulum eius funebre cinquentes. Et verò optatum, vt ab hoc Monumento pedem non referatis, nisi etiam aliquid arti & professioni vestrae consonum sapienter enuncietis, ac mortui Tumulo memoriale suffigatis, Exordite tu o diues Mercator, qui varios sub te alens Opifices, illorum Dux esse ioles & Comphaeus.

Va qui trahitis iniquitatem in finiculis vanitatis, Et quasi vinculum plausi peccatum, quò velocius tuatis in Tartarum, quasi Rheda vecti Felix: o Alexander! qui Iulitiae, Fortitudinis, Temperantiae, Prudentiae Quadriga vectus, in Caelum tendis: Quadriga tua saluatio.

Accingere gladio tuo super femur tuum, Potentissime Princeps. Ne timeas a nocturno timore, in teculo brelo exitu huius vitae. Sed contra Principatus potentates, refores tenebrarum harum, intende pro sperè, procede, & regna, sub vexillo Regis gloriae Lectulum eius ambiunt sexaginta fortes, omnes ad bella doctissimi. H. s. adscriptus in delectu Militum, ingredietis in Civitatem Regiam, o uans & exultans: sicut exultant victores capta praada, quando Iudaeo discedunt spolia.

Dies hominis fugiunt. Velociores curro. Trape seunt Quasi nuncius praecurrens. Sicut Auis quae veredo transvolat in aere. Et non invenitur argumentum inueneris, se tantum sonitus alarum veritatis leuè ventum: Sic et nos nati: contumidè desinitimus esse. Dies Alexandri Principis inspicie, praecurteat, fugiunt, transvolant. Iter tamen Virtutis eius frequitis. Vestigia reliquit quae in eas.

Pertigis ad metum currens, Tibi lampada trahit. Malo Alexandrum oculo curi lachrymis, quam Sapiens penicillo cum coloribus depingere. Et hoc deplorato, quod in imagine pertransit homo, sed et frigitur conturbatur. Quid sublimia meditantur Morales? Quid Statuas, Nomen, Honores ambiunt in Civitate terrena? Velut omnium surgenrium, Domine, Pfabr, imaginem ipsorum ad vrbium vrbis in civitate tua. Quid potè iuar Imago, pereunte exemplari, & originali prototypo.

Vita tuae culmus, o Alexander, Anonum & Sapiens meritorum spicis foecundus, iusto isprem: Patis coloribus familias falce mortis demersus, & quidem a lituo tempore, Augusti decimo sexto die. Sic ingruideris Sepulchrum in abundantia, sicut inferitur aceruum vrbis, in tempore suo.

Memoria Alexandri, Benignissimi Principis, in Sapiens compositione odoris facta, opus pigmentarum, in omni pigmento ore quasi mel indulcabitur. Memoria enim Iulitae Principis cum laudibus: Nomen impietatum pntrefcet. Et idem

Quid Vita Hominis, nisi Nox & Umbra quaedam Occidentis? Quid Moies, nisi crepusculum Orientis lucis? Ergo Alexandri, Saeculi vmbra de ferens, Caeli lucem spectans, signet annum Mortis suae, & dicat: Nox praecedit, Dies a Vra M. appropinqvat.

Sapiens mercator. Ps. 84.

Sapiens Architectus. 2. Cor. 5.

Sapiens lapideus.

Sapiens rusticus. Eccl. 4.0.

Isa. 10.

Sapiens nauarchus.

Mendaces filij hominum in statueris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Nolite fidere. Diuitiae si affluant, nolite cor apponere, fugiant enim inftar somnij transvolant: Dormierunt somnum suum, Et nihil inueniunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Dormiuit Alexander, quid illarum tulit? Sed praemissit, dum recte factorum provisio dicebat: Quasi nauis in situis de longe portans panem iud.

Domus nostra, lutea, terrenum habens fundamentum, sensim sine sensu colabascit: Sed si terris stris domus vestra dissoluatur, habemus domum non manufactam, aeternam in Caelis. Ad hanc te vocis nostris deducimus, o Princeps!

Quid me iuuat è varo marmore sepulchra condere? Quid celsas Pyramides erigere, sibi eondi debet cinis & putredo? Si animus his nec claudis, haec neque in colere potest!

Elige in his faxis nunc, Princeps in clyte, de quo Me Tumulum fabricare iubes, pro vermibus istis.

Non solum apti sunt iugo nostri iuueni. Nam & graue iugum super filios Aie, à die exitus de ventre matris, usque in diem sepulturae in matrem omnium, ab eo qui vititur hyacintho, et portat coronam, usque ad eum qui vititur lino crudo. Nec purpura, nec Vellus aureum profuit Alexandro, vt eximeret, vel alleuaret hoc iugum. Quid ergò Compurreat iugum à facie olei.

Dirigit Nauem Vector in fine sedens. Sic Tu, o Homo mortalis! fluctuantem vitam tuam Carinam rege, à hinc prospiciens. Praevide exitum, praecave exitum. Provide, ne post vitam huius fluctus, aeternus sequatur luctus. Statim ab ortu, respice portum.

MANTE

